

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula IX. Totum praedicatur de parte

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Idem docet Aristoteles VIII. *Metaphys.* 2. 6. de rebus arte factis. Cùm enim ibi dicatur, eas esse definiendas ita, ut altera pars, nempe materia, ponatur in casu re-
 dō, ut si definiendum limen, dicendō, quod sit lapis vel lignum hōc vel illō modō collocatum, dilucidè tradit, *partem materialem predicari de totō arte factō*. Sic & plerique Interpretes docent, cum Aristoteles in lib. περ' ἔργων. nomen per vocem definit, vocem esse materiam, & sic partem nominis. Idem tamen Philosophus IX. *Metaph.* 2. 12. negat, dicendum esse: *arca est lignum*, sed dicendum, *arca est lignea*. Inde ergo, nec dicendum erit: *limen est lignum*, sed *limen est ligneum*.

VI. Faciunt alii mentionem totius & partis in modō. *Totum in modo est*, ut homo, *pars in modo*, ut homo est doctus: quæ de se invicem prædicantur. Dico enim: *Homo doctus est homo*, & *quidam homo est homo doctus*. Sed de hisce vide Philipp. Du Trier *Manuduct. Tract. IV. Part. II. Cap. II. art. IV.*

REGULA IX.

Totum prædicatur de parte.

I. Contineatur explicatio hujus Regulae in explicatione præcedentis. Ostendimus enim, non solùm non prædicari partem de totō, sed nec totum de parte, & in quibus hoc ipsum locum habeat:

II. C
 dum n
 deran
 ita, ut
 grale si
 prædic
 quod
 quilib

III.

9. III. i
 omnin
 ri unq
 enim u
 ut totu
 parte i
 ferri e
 totius
 Id cert
 aqua v
 pars is
 qua au
 autem
 quziib
 catio t
 aqua t
 dicatur
 tam na
 sunt q
 tegrale

II. Unum tantum adhuc, idque admodum notabile, circa hanc Regulam considerandum est. Limitant enim eam nonnulli ita, ut dicant, excipiendum esse *totum integrale simile*: Hoc enim de partibus suis prædicari posse asserunt, & probatur inde, quod quælibet particula aquæ est aqua, & quælibet pars ferri ferrum.

III. Verum nos cum Durandò II. dist. III. q. III. ibi: *ad cuius evidentiam &c.* negamus omninò totum integrale simile prædicari unquam de suâ aliquâ parte posse. Non enim ulla particula aquæ est illa aqua, quæ, ut totum integrale, ex illâ particulâ, ut ex parte integrali, componitur, nec ulla pars ferri est illud ipsû ferrum, cujus, tanquam totius integralis, ipsa pars integralis est. Id certè ita patet: Sit totum simile, ut aqua vel ferrum 10. librarum: nulla certè pars istius aquæ, nulla istius ferri est ista aqua aut istud ferrum 10. librarum. Quod autem quælibet pars aquæ dicitur aqua, & quælibet pars ferri ferrum, est illa, prædicatio totius universalis. Ferrum enim vel aqua tanquam species specialissima, prædicatur de partibus ferri vel aquæ, quæ totam naturam ferri & aquæ in se continent, suntq; respectu ferri & aquæ non partes integrales, sed subiectiva.

RR

RE.

Metaphys.
nim ibi
ut altera
a calore
dicendò,
ò modò
em mate-
ic & ple-
istoteles
definit,
m nomi-
Metaph.
lignum,
de ergò,
m, sed
otius &
t homo,
ux de se
a: Homo
homo do-
Du Trieu
T. art. IV.

Regulæ
ndimus
rem de
quibus